

1510. 24 Decembris

Sigism: 1. Rex Polonice Joanni  
Laski Archi Eppō Gnesnensi:

257

Cognovimus ex Lris Ottis Vra, ea que in  
Conventu Sredensi acta sunt. Est autem nos  
bis Valde gratum, quod Ottas Vra se illuc con-  
tulerat, tempus namque iam fere extremum in-  
stat, ut unusquisque effundat, quid et quantum  
amoris habuerit unquam erga Rempublicam et  
Ejus Salutem. Si autem in proximis Regni Co-  
mitijs negligentius res agetur, et non ex sincero er-  
ga Rempublicam affectu, difficile erit aliquid boni de  
ea conservanda sperare; sed confidimus quod Duce  
Ottas Vra ceteri in bonas ac rationabiles vias flex-  
tentur.

Scriptimus Castellano Miedzyreciu, uti spasi Vra  
Ottas hortantes illum, ut quemadmodum Nuntius  
est electus ita ad Comitia veniat; cui Nos gratiam  
Vram Offerimus, de alijs etiam qui sunt electi con-  
tenti sumus, qui ubi Rem Republicam bene pro-  
moverint Gratiam Vram merebuntur. Datum Crau-  
via Die Vigesima Quarta Decembris 1510.

